Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Brevier, Fragment - Cod. St. Peter perg. 129

[S.l.], [13. Jh.]

urn:nbn:de:bsz:31-20709

Visual Library

1129

ctibus tuis. ut reatus nostri confessio indul
gentiam valeat percipere delictorum. P[er].
Pateant aures misericordie tue Sup[er] p[o]p[ulu]m.
domine precibus supplicantium. et ut pe
tentibus desiderata concedas fac eos que
tibi sunt placita postulare. P[er]. Ad iii.
A. Ille homo qui dicitur ihesus lutum fecit ex sputo
et liniuit oculos meos et modo video. Ad vi.
A. Dixi vobis iam et audistis lutum michi posuit
ille qui dicitur iesus. Capitulum
Hec dicit dominus. Effundam super vos
aquam mundam et mundabimini
ab omnibus inquinamentis vestris. et ab
universis ydolis vestris mundabo vos.
A. A seculo non est auditum quia quis Ad v.
aperuit oculos ceci nati nisi xpistus filius dei.
Habitavit iacob in terra Fer. v. R.
chanaan in qua peregrinatus est
pater suus et hee sunt generationes
eius. Joseph cum sedecim esset annorum
pascebat gregem cum fratribus et adhuc
puer et erat cum filiis bale et zelphe
uxoris patris sui. accusavitque fratres
suos apud patrem crimine pessimo.
Israhel autem diligebat ioseph super
omnes filios suos eo quod in senec
tute genuisset eum. fecitque ei tunicam
polimitam. R. ii. Videntes autem
fratres eius quod a patre plus cunctis fili
is amaretur oderant eum nec poterant
ei quicquam pacificum loqui. Accidit
quoque ut visum somnium referret
fratribus suis que causa maioris odii
seminarium fuit. Dixitque ad eos. Audite

et quasi consurgere manipulum meum
et stare. vestrosque manipulos circumstan
tes adorare manipulum meum. Re
sponderunt fratres eius. Numquid rex no
ster eris aut subiciemur dicioni tue. iii.
Hec ergo causa somniorum atque sermonum
invidie et odii fomitem ministravit.
Aliud quoque vidit somnium quod narrans
fratribus ait. Vidi per somnium quasi solem
et lunam et stellas undecim adorare
me. Quod cum patri suo et fratribus retu
lisset: increpavit eum pater et dixit. Quid
sibi vult hoc somnium quod vidisti. Num
ego et mater tua et fratres tui adorabi
mus te super terram. Capitulum.
Hec dicit dominus. Ecce ego indu
cam vos in terram israhel. et scietis quia
ego dominus. In ev[angelio] A. Propheta magnus
surrexit in nobis quia deus visitavit plebem suam.
Presta quesumus omnipotens deus ut quos ieiunia Or[atio].
votiva castigant ipsa quoque devoti
o sancta letificet. ut terrenis affectibus
mitigatis. facilius celestia capiamus. P[er].
Populi tui deus institutor Sup[er] p[o]p[ulu]m.
et rector peccata quibus inpugnatur
expelle. ut et semper tibi placitus et tuo
munimine sit securus. P[er]. Capitulum.
Congregabo vos de universis
terris et adducam vos in terram vestram
ait dominus omnipotens. Ad v[esperas] A. Accepit autem
omnes timor et magnificabant deum dicentes
quia propheta magnus surrexit in nobis et quia
deus visitavit plebem suam. Fer. sexta. R.
Invidebant ioseph fratres sui. pater vero

morarentur in sychem. dixit ad eum israhel:
fratres tui pascunt oves in sichimis. veni
mittam te ad eos. Quo respondente pre
sto sum. ait. Vade et vide si cuncta pro
spera sint erga fratres tuos et pecora et re
nuncia mihi quid agatur. Missus de val
le hebron. venit in sychem. R. ii.
Invenitque eum vir errantem in agro et
interrogavit quid quereret. At ille res
pondit. fratres meos quero indica mihi ubi
pascant greges. Dixitque ei vir. Reces
serunt de loco isto. audivi autem eos di
centes eamus in dothaym. Perrexit ergo
ioseph post fratres suos et invenit eos in
dothaim. Qui cum vidissent eum pro
cul antequam accederet ad eos cogi
taverunt illum occidere et mutuo lo
quebantur. Ecce somniator venit. veni
te occidamus eum et mittamus in cis
ternam veterem. dicemusque fera pessi
ma devoravit eum. et tunc apparebit
quid illi prosint somnia sua. iii. R.
Audiens hoc ruben nitebatur eum
liberare de manibus eorum et dicebat. Non
interficiamus animam eius nec effun
damus sanguinem. sed proicite in cisternam
hanc que est in solitudine manusque vestras
servate innoxias. Hoc autem dicebat
volens eripere eum de manibus eorum et
reddere patri suo. Confestim ut perve
nit ad fratres. nudaverunt eum tunica ta
lari et polimita. miseruntque in cisternam
que non habebat aquam. Et sedentes ut
comederent panem viderunt viatores

sinam et stacten in egiptum. Cap.
Dabo vobis cor novum et spiritum novum
ponam in medio vestri ait dominus omnipotens.
A. Lazarus amicus noster dormit eamus ut a
somno suscitemus eum. Or. Deus qui in
effabilibus mundum renovas sacramentis
presta quesumus ut ecclesia tua et eternis proficiat in
stitutis et temporalibus non destituatur au
xiliis. R. S. ppt. Da quesumus omnipotens deus
ut qui infirmitatis nostre conscii de tua
virtute confidimus. sub tua semper
pietate gaudeamus. R. Capit.
Si volueritis et audieritis me bona
terre comedetis dicit dominus omnipotens.
A. Domine si hic fuisses lazarus non esset Ad vesp.
mortuus ecce iam fetet quatriduanus in monumento.
Dixit iudas fratribus suis. Sabbo. R. i.
Quid nobis prodest si occiderimus
fratrem nostrum et celaverimus sanguinem ip
sius. Melius est ut venundetur isma
helitis et manus nostre non polluantur.
frater enim et caro nostra est. Acquieverunt fratres
eius sermonibus et pretereuntibus ismahe
litis negociatoribus extrahentes eum
de cisterna vendiderunt .xx. argenteis.
Qui duxerunt eum in egiptum. ii. R.
Igitur ioseph ductus est in egiptum emitque
eum putiphar eunuchus pharaonis
princeps exercitus. vir egiptius de ma
nu ismahelitarum a quibus perductus erat
fuitque dominus cum eo et erat vir in cunc
tis prospere agens habitabatque in domo
domini sui. qui optime noverat esse
dominum cum eo. et omnia que gereret

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

nolite peccare in puerum et n

R. Dixit ioſeph undecim fratrib

quem uendidiſtis in—

pater noſter ſenior— de quo

adducite eum ad me— ut p

re. V. Biennium eſt enim quod

terra adhuc reſtant al i i—

R. Nunciauerunt iacob dicent

tuus ui—uit et ipſe domina

ra e— gipti quo audi—

tus eius & dixit ſufficit mich

um ante quam— mori—ar.

iacob quod filius eius uiuere

no eius gaudens a—it Suſ

noſtra in manu tua eſt— dom

nos miſericordia tua ut ſecu

bi. V. Viuat anima tua dom

mortem neq; paruulos noſtr

iii. a. Fac benigne in bona

uoluntate tua ut edif

viii ri ieruſalem. a. Dominus

viii timebo quid faciat michi

i. atur & benedicat nobis. a.

oblitus eſt ignis ut pueri

i. a. Sol et luna laudate deum

nomen eius ſolius. Ca

Fructus lucis eſt

te & iuſticia. et uer

iii decus. neu g. a. Dum fort

trium ſuum in pace ſunt o

iii Os omnips ds.

to deiecio demonia profec

dei. Ad iii. a. Cum inm

ut ab homine ambulat p loca

BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

...m quod iacob despiceret
...ruit uuluã eius sorore
...te. Que concepit et peperit
...tq; nom̃ eius ruben di...
...s humilitatẽ meã. nunc
...r meus. Rursumq; con...
...filium. et ait. Quõ audi...
...beri me contemptui...
...m m. uocauitq; nomen.
... ii. Concepit tercio
...m. dixitq;. Nunc copula...
...meus eo quod peperim...
...ideo appellauit nom̃
...rto concepit et peperit fili...
...o confitebor domino. et
...um iudã. Cessauitq;
... autẽ rachel quod in...
...uidit sorori. et ait ma...
...liberos alioquin mori...
...pondit iacob. Num p...
...u priuauit te fructu uen...
At illa habeo in...
...balam. ingredere ad il...
...sup genua mea. et ha...
... Deditq; illi balam in...
...ue ingresso ad se uiro
...t filium. dixitq; rachel
...ominus et exaudiuit uo...
...m filium. et idcirco ap...
...n ei dan. Rursumq; ba...
...cepit alterum. pro quo a...
...parauit me dominus
...a et inualui. uocauitq;
...eptalim. Tu... Cap.

St. Pet 37

iiii A. Ubi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo ibi in medio eorum sum dicit dominus. Ps. Ro.

Exaudi nos omnipotens et misericors deus. et continentie salutaris propitius nobis dona concede. Per. Sup. p. Tua nos domine protectione defende. et ab omni semper iniquitate custodi. Per. Capit.

Non immutet dominus ultra furorem suum. quo volens interimam et revertetur et miserebitur nostri. Ad vesp. A. Non dico tibi per

viii te dimittere septies sed usque septuagies septies.

Sentiens lia quod Fer. iiii. Lc. prima. parere desisset zelpham ancillam suam marito tradidit. Qua post conceptum edente filium dixit feliciter. Et idcirco vocavit nomen eius gad. Peperit quoque zelpha alterum. dixitque lia. hoc pro beatitudine mea. Beatam quippe me dicent mulieres. Propterea appellavit eum aser. Egressus autem ruben tempore messis triticee in agro reperit mandragoras quas matri lie dedit. Lc. ii. Dixitque rachel. Da michi partem de mandragoris filii tui. Illa respondit. Parumne tibi videtur quod preripueris maritum michi nisi etiam mandragoras filii mei tuleris. Ait rachel. Dormiat tecum hac nocte pro mandragoris filii tui. Redeunti que vespere de agro iacob egressa est in occursum eius lia et ait. Ad me intrabis quia mercede conduxi te pro mandragoris filii mei. Lc. iii.

Dormivitque cum ea nocte illa. et exaudivit deus preces eius concepitque. et peperit filium quintum et ait. Dedit deus mercedem michi. Rursum lia concipiens peperit sextum filium et ait. Dotavit me deus dote bona. etiam hac vice mecum erit maritus meus. eo quod genuerim ei sex filios. Et idcirco appellavit nomen eius zabulon. Post quem peperit filiam nomine dinam.

Hec dicit dominus deus. Dies Cap. propitiationis est. ut propitietur nobis dominus deus vester. In vesp. A. Audite et intelligite traditiones quas dominus dedit nobis. Ps. R.

Presta nobis quesumus domine ut salutaribus ieiuniis eruditi. a noxiis quoque viciis abstinentes propitiationem tuam facilius impetremus. Per. Sup. p. Concede quesumus omnipotens deus ut qui protectionis tue gratiam querimus. liberati a malis omnibus secura tibi mente serviamus. Per. Cap.

Hec dicit dominus. Ad vesperas. Honora patrem tuum et matrem tuam. ut sis longevus super terram quam dominus deus tuus dabit tibi. In evang. A. Non lotis manibus manducare non coinquinat hominem.

Recordatus deus rachelis Fer. v. Lc. Exaudivit eam. et aperuit vulvam eius. Que concepit et peperit filium dicens. Abstulit deus obprobrium meum. Et vocavit nomen eius ioseph dicens. Addat michi dominus filium alterum. Nato ioseph dixit iacob socero suo. Dimitte me ut revertar in patriam et ad terram meam. Da michi uxores et liberos meos pro quibus servivi tibi ut abeam. Tu nosti servitutem qua servivi tibi. Lc. ii.

Ait ei laban. Inveniam gratiam in con-

129

S. J. perg. 15[illegible]

Emit Philippus Jacobus 166as 20/287

mercedem tuam quam dem tibi. At ille respondit. Tu nosti quomodo servierim tibi et quanta in manibus meis fuerit possessio tua. Modicum habuisti antequam venirem et nunc dives effectus es benedixitque tibi dominus ad introitum meum. Iustum est igitur ut provideam aliquando etiam domui mee. Dixitque laban. Quid dabo tibi? At ille ait. Nichil volo. sed si feceris quod postulo iterum pascam et custodiam pecora tua. Gira omnes greges tuos et se cunctas oves varias et sparso vellere. et quodcumque furvum et maculosum variumque fuerit tam in ovibus quam in capris erit merces mea. R. iii.

Dixitque laban. Gratum habeo quod petis. Et separavit in die illa capras et oves hircos et arietes varios atque maculosos. cunctum autem gregem unicolorem id est albi et nigri velleris. tradidit in manu filiorum suorum et posuit spacium itineris inter se et generum suum dierum trium. qui pascebat reliquos greges eius. Cap.

Hec dicit dominus deus israel: Bonas facite vias vestras et studia vestra et habitabo vobiscum in loco isto. A. In evangelio. Cum sol autem occidisset: omnes qui habebant infirmos variis languoribus ducebant illos ad ihesum et curabantur. Or.

Concedes quaesumus omnipotens deus ut ieiuniorum nobis sancta devotio et purificationem tribuat et maiestati tue nos reddat acceptos. Per. S. [illegible]

Subiectum tibi populum quaesumus domine propitiatio celestis amplificet et tuis semp

peccatoris. sed ut convertatur a via sua et vivat. Ad vesp. A. Omnes qui habebant infirmos variis languoribus ducebant illos ad ihesum et cura

Tollens ergo iacob Fer. vi. R. i. [illegible]

virgas populeas et amigdalinas virides et explatanis. ex parte decorticavit eas. detractisque corticibus in quibus poliata fuerant candor apparuit. illa vero que integra erant viridia permanserunt. atque in hunc modum color effectus est varius. Posuitque eas in canalibus ubi effundebatur aqua. ut cum venissent greges ad bibendum. ante oculos haberent virgas. et in conspectu earum conciperent. factumque est ut in ipso calore coitus oves intuerentur virgas et parerent maculosa et varia et diverso colore respersa. R. ii.

Divisitque gregem iacob. et posuit virgas ante oculos arietum. Erant autem alba queque et nigra laban. cetera vero iacob separatis inter se gregibus. Igitur quando primo tempore ascendebant oves ponebat iacob virgas in canalibus aquarum ante oculos arietum et ovium. ut in earum contemplatione conciperent. Quando vero serotina admissura erat et conceptus extremus non ponebat eas. factaque sunt ea que erant serotina laban. et que primi temporis iacob. R. iii.

Ditatusque est homo ultra modum et habuit greges multos et ancillas et servos camelos et asinos. Postquam autem audivit verba filiorum laban dicentium tulit iacob omnia que